Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich).

Seite 324

Quelle:
Copyright:

Cod. CXXXIX.

A

Chartac. Fol. Locc. 74. 15. 6.21.

Nic. Dinkelspühelii Sermones varii.

Nicolai Dinkelspühelii Sermones varii. Titulus quidem fronti infimus est: "Liber magistri Nycolay de tinckispuehl super evangelia per circulum anni", verum etiam ex aliis S. Scripturæ libris desumta sermonum themata deprehendi; v. g. in sermonibus de donis spiritus S. Primus sermo incipit: "Benedictus qui venit et: Evangelium quod legitur in prima Dominica". Tota horum sermonum collectio dividitur in duas partes, quarum altera inchoatur sermone in die Paschatis. In fine additur: "De ultima Dominica jam nihil quia ejus evangelium exponitur in quadragesima. Et est finis et finitum est hoc opus anno domini MCCCC° XL° in die S. Galli &c:

Exhibet istos Sermones Kropff in Bibl. Medic: p. 174 Legg: nonnulli tamen eum fugisse videntur.

Addita his est quæstio Cancellarii (ut inscribitur:) Parisiensis, fortasse Gersonii; nempe quæritur, utrum mala loqui de aliis in eorum absentia sit semper peccatum? et breviter expeditur. Sequitur demum fragmentum Vocabulari Latino-germanici usque ad nomen Flegma.

Vokabular